



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CLIV. Der Erzbischof Borchard von Magdeburg bestätigt die Uebereinkunft zwischen dem Bisthum Brandenburg und den Markgrafen v. J. 1238, am 9. Aug. 1311.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

et placitum in dicta ecclesia in Scharthowe plene nobis retinemus potestatem et voluntatem; cuncta et singula facere, que in parochiis et ecclesiis parrochialibus nostre dyoc. facimus aut in futurum faciemus, nec non Plebanum seu rectorem dicte parrochialis ecclesie, qui pro tempore fuerit, in his et in similibus et aliis ecclesiis parrochialibus nostre dyocesos requiruntur et exiguntur per presentes nostras literas et presentem nostram protestationem ordinationem et conseruationem uolumus obligari. Vt autem predicta nostra ordinatio et incorporatio et omnia predicta, sicut a bona uoluntate et liberalitate nostra procedunt, perpetua stabilitate ac sollicitudine ac futuro tempore firma et inconvulsa a cunctis fidelibus habeantur et obseruentur, presens inde priuilegium conseribi precipimus, nostrarum imaginum impressionibus et sigillorum nostrorum munimine roboratum. Actum et datum anno Domini Millefimo trecentesimo nono. Pontificatus nostri Fred. ante dicti episcopi.

Eudwig, Reliquiae Diplomatum Bd. II, S. 469—473.

CLIV. Der Erzbischof Borchard von Magdeburg bestätigt die Uebereinkunft zwischen dem Bis-
thum Brandenburg und den Markgrafen v. J. 1238, am 9. Aug. 1311.

Borchardus, dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, — litteras infra scriptas non cancellatas, non abolitas sed omni suspicione carentes sub sigillis pendentibus, de quibus in fine earundem litterarum fit mentio, vidimus et plene ac totaliter legi ac recitari audimus in hec verba: Eggehardus dei gratia etc. In cuius rei testimonium presens scriptum a litteris prefatis transsumptum appensione sigilli nostri ad instantiam venerabilis fratris nostri domini Frederici, Brandeburgensis episcopi, fecimus fideliter communiri. Datum Magdeburg anno domini M^o. CCC^o. undecimo, in vigilia beati Laurentii martyris, pontificatus nostri anno quarto.

Nach dem Original.

CLV. Der Markgraf Woldemar vereignet dem Altare des heil. Antonius in der St. Kathari-
nenkirche einige Renten, am 29. Aug. 1311.

Noverint uniuersi tenorem presentium inspecturi, quod nos Woldemarus, dei gratia marchio Brandenburgensis et Lusatie sacrique imperii Romani archicamerarius, ob jugem et perennem magnificorum principum, marchionum Brandenb. felicitis recordationis, predecessorum nostrorum, nostre, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam nec non ad instantiam diligentem strenui viri Hincrici de Gladow, militis nostri fidelis dilecti, appropriavimus et appropriare decreuimus per presentes annuatim dimidium talentum cum quarto dimidio solido Brandenburgensis monete in theloneo nostre civitatis nove Brandenburg altari beati Antonii in ecclesia beate Catharine ejusdem civitatis nove Brandenburg perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet quiete et pacifice percipiendum, renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni juri, actioni et impetitioni, que nobis in premissis redditibus competebant vel competere potuerint aliquo modo in futurum. In cuius rei